Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



flumnis. Pſior: nos turbidam interpretati ſumus. quod uer
bum hebraicū ſignificat. ꝓquo communis editio habet geon.
Quia ergo ſupra filios memphis & taphnas poſuerat quiconſtu
prauerunt iſrl' uſq; aduerticē. nunc manifeſtius ipſā egyptū
nominat. nulliq; dubiū quin nilus aquas turbidas habeat.
& quod fluuiū aſſyriorū eufraten ſignificet dicente ſcriptā
quod repmiſſionis terra ſit a torrente egypti. uſq; ad fluuiū
magnū eufraten. Qui aut xpm reliquerint fontē uitę & he
reticorū ſibi foderunt lacus. qui aquas doctrinarū continere
non poſſunt. neceſſe eſt ut leonibus ſubiaceant. qui redigant
terrā eorū in ſolitudinē. & uniuerſas eccl'as deſtruant & uſq;
aduerticē polluantur. & bibant aquas turbidas. & fluenta
aſſirii fluminis & aquilonis. unde exardeſcunt mala ſuper
terrā. Arguet te malicia tua. ſiue erudiet te preuaricatio
tua & auerſio tua increpabit te. Scito & uide quia malū
& amarū eſt reliquiſſe te dn̄m tuū. & non eſſe timorē
eius apud te. dicit dn̄s ds exercituū. Notandū quod &
malicia ſiue preuaricatio poſtquā ſaciauerit preuari
cantē. & inſtar coturnicū uſq; ad nauſiā uenerit erudi
at agentē penitentiā. cui imperatur ut uideat quid re
liquerit. quid ſecutus ſit. & quomodo ſpernens bona &
dulcia. mala & amara elegerit. Hoc aut totū factū eſt.
quia reliquit dn̄m ſuū. & timor illi' non eſt apud eum.
Principiū enī ſapientię timor dn̄i. quē quia non habuit.
malo & amaritudini traditur. Aſcl'o confregiſti iugum
meū ſiue tuū. rupiſti uincula mea ſiue tua. & dixiſti n̄
ſeruiam. In omni enī colle ſublimi. & ſub omī ligno frondo
ſo tu ꝓſternebaris meretrix. ſiue ibi difundebaris infor
nicatione. Quaſi ad meretricē loquit' iſrl'. quod coniuga
lia federa ruperit & dixerit non ſeruiā. ſub auditur dn̄o
uel marito. ſ. in omī colle ſublimi. & ſub omī ligno frondo
ſo ꝓſtrata fuerit idolatriæ. Amena loca enim ſemper
& excelſa loca idolis dedicantur. Poſt hoc & ad eū dicit
qui ab inicio xpianus. & ſacris ex parte litteris eruditus